



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ**

**Roth von Schreckenstein, Hieronymus**

**Ingolstadii, 1550**

**VD16 R 3252**

Similitvdo Ad fontem signatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30126**

## ROMANAEC ECCLESIAE.

tem dico omnem Ecclesiam, id est congregacionem credentium, quae si pudica fuerit inuenta a sponso suo ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur, & uos ueluti ministri sponsae & amici sponsae ingenti gaudio & laetitia perfruemini. Si uero sponsa haec reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem tanquam indigna trudetur a Regalibus Toris, uos autem poenas dabitis si forte per uestram negligentiam uel desidiam obrepserit contagio saeva peccati.

## SIMILITUDO AD VNI. cam filiam dilectam matris suæ.

Mater uero unicam filiam habens in eandem omnem amorem diffundit, nihil iucundius, nihil dulcior, nihil ita uehementer diligit, quam unicam illam filiam, sic unica nostra dilectio in unica Ecclesia dilecta filia matris suæ. Unica autem filia, non pluribus assimilatur, & amor quæ in unicam confertur. Sic non plures Ecclesias, sed unicam colere debemus. Quod si eam uarijs sectis dividimus, iam mox non erit unica filia dilecta matris. Amor enim in plures diuisus refrigerescit & extinguitur,

## SIMILITUDO AD fontem signatum.

D ij Sic

## DE PRINCIPALITATE

**S**ic fonti signato Ecclesia cōparatur, ueluti enim ex fonte signato non unicuique aquam haurire licet. Sic gratia spiritus sancti, non unicuique data. Sed illis tantum qui in unitate Catholice Ecclesiae sunt. Qui ex fonte signato cœlestis spiritus gratiam tanquam nectar & Ambrosiam hauriunt, ex unico nempè fonte. Id est Vnica Catholica Ecclesia. Nimurum si sapientissimus Salomon Ecclesiam fonti signato comparauerit, nō fonti undique, diffuenti & omni uiatori patent, sed his qui in unitate fidei per gratia spiritus sancti in Vnica Catholica Ecclesia congregantur.

## SIMILITVDO AD Hortum Conclusum.

**N**eque elegantior similitudo adduci potuisset, quam Ecclesiæ ad hortum Conclusum, qua unitas & concordia, ita luculenter ostenderetur. Quemadmodum enim in horto concluso omnia Aromatum genera atque herbae odoriferæ summam suavitatem & dulcedinem uariarumq; arborum fructu iucundissimam amoenitatem & uoluptatem maximam pariter & utilitatem referunt, cultoremq; unice delectant & afficiunt. Sic in Ecclesia Catholica flante gratia spiritus sancti omnes Christiani summam suavitatem dulcedinem & iucunditatem percipiunt. Sic Christianorum & fidelium credentium congregatio unica sit consonantia & conclusus hortus, non unicuique patens, sed quicunque